



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Crimen concussionis respectu officiarij semper est mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

est. In reliquis verò dictis peccatum mortale mani-
festè interuenit, consentiendo & cooperando ut Eu-
charistia ab indignis sumatur, imò sanctum dando
canibus. Quartò, si Eucharistiam det in loco inter-
dicto: quia contra prohibitionem Ecclesiæ. Aduerie-
tamen, quod quandocunque, & ubique, & qui-
buscunque potest dari sacramentum pœnitentie, po-
test etiam dari si in articulo mortis est, viaticum: quia
pro eodem computari decernit ius. de pœnit. & re-
mis. capi. quod in te. Debet tamen prius prouideri
scandalo, vt scilicet publicetur cum opere dimissum
concubinatum, aut usuram &c. alioquin scandali pec-
cato offendit populum sacerdos dans Eucharistiam.
Quinto, si det irreuerentiam exhibentibus sacra-
mento, vt sint phrenetici, expuentes &c. effet enim facile
peccatum, & sibi, non illi extrà se constituto im-
putandum. Sexto, si infirmus viaticum, & iis quibus
debet sacramentum hoc ministrare omisit: raro enim
hæc absque peccato eueniunt negligentiae.

Vitium concubinatus detestandū, et quare.

Concubinatus non solum includit peccatum mor-
tale fornicationis, sed addit statum peccati mor-
talis. Et propterea ad sui veram pœnitentiam exigie-
non solum omissionem actus carnalis, sed recessum à
tali statu.

*Crimen concubinationis respectu officiarij
semper est mortale.*

Concubinationis crimen (quo quis habens potesta-
tem vel officium, pecuniam accipit ad iudican-
dum aut decernendum, quod magis vel minus faciat
quod debet, vel per minas cogit aliquem ad facien-
dum vel non faciendum) est manifestè mortale pec-
catum contra iustitiam.

Sacra-

illis
st pec-
amen-
periore
is arti-
biscopi
n. xciii.
s: vt in
m esse
& cu-
clem.
nū pa-
tionis
icatus
tiones
Misse
cicum
ticulo
imenter
orpus
i non
vtra-
tione
s ante
, aut
blico
es, in
entes
buat
igni:
pec-
ntru
rrale
stet,